

na clariore penè cælo visa languescere. Id miles rationis^a ignarus omen præsentium accepit, ac suis laboribus defectionem sideris adsimulans, prospereque cælura quæ pergerent, si fulgor & claritudo dæx redderetur. Igitur æris sono, tubarum, cornuumque concentu strepere, prout splendidior, obscuriorue lætari aut mœrere: & postquam ortæ nubes offecere visui, creditumque conditam tenebris, vt sunt mobiles ad superstitionem perculsa semel mentes, sibi æternum laborem portendi, sua facinora auersari deos lamentantur.^b Vtendum inclinatione ea Cæsar, & quæ^c casus obtulerat in sapientiam vertenda ratus, circumiri tentoria iubet. Accitur centurio Clemēs, & si qui alii^d bonis artibus^e grati in vulgus, in vigiliis, stationibus, custodiis portarum se inserunt, spem offerunt, metum intendunt. Quousque filium imperatoris obsidebimus? quis certaminum finis? Percennione & Vibuleno sacramentum dicturi sumus? Percennius & Vibulenus stipendia militibus, agros emeritis largientur? denique pro Neronibus & Drusis imperium populi Rom. capessent? quin potius^f vt nouissimi in culpam, ita primi ad pœnitent-

i. de militibus
sic Tacit. lib. i
hiutor quo-
rum, inqui-
uorem, ut la-
gitrone, & am-
bitu male ac-
quiri, & per bo-
nas artes haud
periculum.

O B S E R V A T I O N E S.

a Quarum rerum cognitione plebs abut^t potest, basipam nescire, quām scire, præstat. Quin & illud addo; doctos homines aut admitti à principe debere ad gubernacula reip. Ut horum opera ceteris postea vitatur facilioribus, & obsequientioribus; aut certe principi alia obtendenti, id agendum esse, quominus ij, quibus imperat, disciplinarum imperfecta cognitione imbuantur. hi enim plerunque omni exuto obsequio, & modestia, eo arrogantie, temeritatij que deueniunt, ve cur, quaque ratione quidque à principe agatur, sciscitari, scrutarique audeat, non prius obtoperatur, quām eam rem sibi probari affirmari. Ex quo fonte ecquid no malin modo præcis tēporibus, sed & nostro hoc corruptissimo saculo manauit. At optandum est vt omnes philosophentur, quis negat? ed hoc dico, non experientia doceri, esse genus hominum, quod latè patet, qui dum id agunt, ut multa scire videantur, et tandem inertibus studiis, & vana doctrinæ ostentatione euadunt, ut sege otium hoc studiorum nomine velent, ac sibi ipsis iniutiles, ceteris non ferendi, morum optimorum, legum, principum, denique omnis discipline sint contemptores: denique afficiuntur molesti, intempestivi, contumaces, & refractarij, certe principis interest, habere subiectos magis viros bonos, quām literatos.

b Cum imperite multitudinis perculsa semel mentes mobiles sunt ad superstitionem, si quid forte accidit huiusmodi, cuius etsi ij, qui diu in causarum naturalium inuestigatione versati sunt, rationem reddere possunt, id tamen cuiusmodi sit plebs ignorat, ac proinde pauet, tunc si ita est re nostra, infuper adiiciendi sunt metus ex iis, que dura & alpera, præterque consuetudinem eueniunt, cuiusmodi est præmatura hiems, imbræ continuu, ac seu, turbines, aquæ ignes celestes, & cetera huiusmodi, que prodigijs loco habentur, quæ omnia tanquam à cœlesti ira missa sagas imperator in exercitu, aut princeps in rep. interpretari debet, quasi aduersus impios hebescant sydera, ruant tempestates; ve dicet infra, nec aliud esse tot malorum leuamen iis persuadeat, quām si quisque solitus piaculo ad officium redeat suum, nempe, hac ratione fidem sibi quisque, etiam falsis, ac futilibus prestruere potest, si modo talia sunt, que, vt ipse interpretatur, ac vult, ita esse credantur.

c Hominis est longè sapientissimi, que fors offert, ea in sapientiam vertere.

d Eximie est felicitatis, bonis artibus (id quod raro accideat videmus) gratiam apud vulgus adipisci: quippe sati constat, sepius malis artibus populariem favorem queri.

e Sedanda seditionis ratio hac tutissima est, vt res, scilicet, per eos agatur, qui grati sunt in vulgus; illi enim, vbi que se inserere, spem offerre, ac metum seditionis impune possint intendere.

f Venia, & miseratione digni videntur, qui nouissimi in culpam, primi ad pœnitentiam sunt.

tiam